



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica V. post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

ret timere Tristitiam, quæ oritur ex Gaudio. II. Oportet amare Tristitiam, quæ producit Gaudium. *Dict. Apost.*

THESES XVIII. *Quod vadis? Joan. Via.*  
 16. v. 5. Quatuor sunt Viæ hominis; I. *Via Infirmittatis*, & hæc est Jerichuntina, per quam homo transit in imagine Dei more fluentis aquæ. II. *Via Necessitatis*, & hæc est via universæ carnis, scilicet mortis. III. *Via Vanitatis*, & hæc est vita in peccatis. IV. *Via Veritatis*, & hæc est Charitas. *Petr. Bless. Serm. 2. in Adventu.*

DOMINICA V.  
 post PASCHA.

THESES I. *Petite, & accipietis. Atten*  
 Triplex in Oratione attentio est *in Orat.*  
 procuranda. I. *Prima ad Verbum.* II. *Secunda ad Sensum.* III. *ad Objectum.*  
 Bona quidem est attentio prima, melior secunda, tertia optima reputatur. *S. Bernardin. Sen. de Oratione & Attentione.*

THE.

Oratio  
bona.

THESIS II. *Petite, & accipietis.*  
Rectè fit Oratio, si non peccat I. *In Modo*, scilicet si intenta. II. *In Persona*, scilicet si pura. III. & *in Re*, scilicet si iusta sit. Hinc quia Deus peccatorum non audit, Propheta ei objicit mugitus animalium: *Ingemuit animal, mugierunt greges armenti* Joël 1. Nempe dignior peccatore bestia, & ut notat Chrylostomus, efficaciam Orationis quam non habet ipse, ab animalium gemitibus conatur mutuari, quæ nunquam peccaverunt; Intercessores adhibet pecudes, petitque per Prophetam sibi ignosci, quia bruta secum lugent, quæ nunquam peccavêre.

Oratio.

THESIS III. *Petite, & accipietis.*  
Orationis exercitiô I. Nihil magis *Necessarium*. II. Nihil magis *Utile*. III. Nihil magis *Amabile*. *La Selve hîc tom*  
I.

THESIS IV. *Petite, & accipietis.*  
Orare facillimum, & difficillimum; hoc sine, illud adhibito remedio.  
I. Difficile, ob præcedentes distractiones; Remedium. II. Propter occupationes, & curas familiæ; Remedium.  
III. Affectus inordinatos erga creaturas;  
Re

Remedium. IV. Corporis indispositiones ; Remedium. V. Oblivionem Dei presentis ; Remedium. VI. Humanam fragilitatem ; Remedium. VII. Loci incommoditatem ; Remedium. VIII. Consuetudinem inveteratam ; Remedium. IX. Diabolum infestantem ; Remedium. *Faber hic Conc. 7.*

THESIS V. *Petite, & accipietis. Bona.*  
Conditiones bonæ Orationis sunt. I. Status Gratia. II. Fiducia in Deum. III. Humilitas. IV. Attentio. V. Perseverantia. *Faber. Diebus Rogat. Conc. 1.*


THESIS VI. *Ipse enim Pater amat vos. Ita est, amat nos Deus, & quidem* *Amor Dei erga nos.*  
I. *Sine data nostra Causa.* II. *Sine Modo, & sine.* III. *Sine Commodo, & redhibitione.*

THESIS VII. *Petite, & accipietis. Oratio.*  
I. *Gratia, quam à Deo petimus, exigit à nobis in Petendo Patientiam.* II. *Gratia, quam à Deo petimus, exigit à nobis in Suscipiendo Submissionem.* III. *Gratia, quam à Deo petimus, exigit à nobis*

nobis post Susceptionem Gratitude, et  
Eion. Apost.

*Pater  
Triplex.*

**THESIS VIII.** Ipse enim Pater  
mat vos. Joan. 16. v. 27. Sunt enim  
tres Patres hominis : I. Primus Pater  
est Homo, qui notatur ibi : Crescite  
& multiplicamini. Gen. 1. 11. Secun-  
dus Pater est Diabolus, qui notatur ibi  
Vos ex Patre Diabolo estis. Joan. 8. 44.  
III. Tertius Pater est Deus, qui notatur  
ibi : Pater noster, qui es in Caelis.  
Matth. 6. Sub Primo sumus; sub Secundo  
malè sumus; sub Tertio benè  
sumus. Petr. Bless. Sermon. 51. de Virgini-  
bus, ad Moniales.



## DOMINICA VI post PASCHA.

*Peccatum.*

**THESIS I.** Venit hora, ut omnes  
qui interficit vos &c. Joan. 16. 20.  
2. I. Aliqui ex nullo peccato peccatum  
sibi constituunt. II. Alij ex vero peccato